


De 661



3162



NOVUS VERBORUM ARABICIS

IN ARABIS PUBLI





DE

NOMINIBUS VERBORUM ARABICIS

أَسْمَاءُ الْأَفْعَالِ

COMMENTATIONEM

SCRIPSE

DR. IOANNES ROEDIGER.

ACCEDUNT TEXTUS ARABICI SPECIMINA III.



HALIS

IN LIBRARIA ORPHANOTROPHEL.

1870.



118

NOMINIBUS VERBORUM ARABICIS

Handwritten text, possibly a title or author name.

COMMENTATIONEM

DE JOHANNES ROEDIGER

23

Handwritten signature or initials.

ACCEDUNT TEXTUS ARABICI SPECIMINA: III



TABLE

IN LIBRARIIS UNIVERSITATIS

1870



A E M I L I O R O E D I G E R

P A T R I

O P T I M O D I L E C T I S S I M O

S A C R U M .



ARMILIO RODRIGER

PATRI

OPTIMO DILECTISSIMO

1802



PROOEMIUM.

Exstat in lingua Arabica haud exiguus numerus vocabulorum, quae grammatici Arabici appellant nomina verborum **أَسْمَاءُ الْأَفْعَالِ**, quaeque in capite peculiari grammaticarum tractari solent. Velut in libro qui dicitur Alfija auctore Ibn Málík inest breve caput quo de hisce verbis agitur (ed. Dieterici p. ۲۷۸); nec non in Zamahšárii notissimo libro al-Mufaššal plenius de eis est disputatum (ed. Broch. pp. ۹۱-۹۹). Sed in ipso hoc libro permulta sunt modo obiter tacta, multa plane ommissa. Occidentales grammatici autem non nisi raro hunc locum grammaticum attingunt neque eorum quisquam accuratiorem de his verbis quaestionem instituit (cf. de Sacy gr. Ar. ed. II. T. I, pp. 545 sqq. T. II, pp. 394 sqq.). De quibus igitur cum mihi commentatio ceteris multo accuratior pleniorque eaque a grammatico inter Arabes illustrissimo in manus veniret, operae pretium me facturum existimavi si hunc grammaticae locum fusius tractarem et illustrarem. Quae commentatio de nominibus verborum reperitur in libro manuscripto bibliothecae Regiae Berolinensis, qui notatus est nr. 274 collectionis Wetzsteinianae secundae, titulumque prae se fert „liber poeseos auctore Abû ‘Alí al-Fârisii“. ¹⁾ Notum est hunc grammaticum illustrissimum quarto seculo aerae Muhammedanae vixisse. De eius vita et scriptis agit vir doctissimus Flügel in libro de scholis grammaticis Arabum p. 110 sqq. — De hoc codice unico, ut videtur, quod quidem ad Europam attinet, alio loco ²⁾ copiosius disserui quare hic

1) كتاب الشعر لابی علی الفارسی

2) Zeitschrift der D. Morgenl. Ges. XXIII. pp. 302 sqq.

mihī breviorē esse liceat. Nisi libellus conscriptus esset a grammatico vix crederes sub titulo libri poeseos quaestiones grammaticas latere. Quae ad nostram spectant commentationem capita initium libri efficiunt et inscripta sunt: **هذا باب في تفسير الكلم التي سبى بها الافعال**. Eorum textum integrum dissertationi meae adieci. — Insigni benevolentia viri doctissimi Krehl copia mihi facta est libri manuscripti Lipsiensis (cod. Ref. 72), quo continetur Abû'lbakâ Ibn. Ja'îši commentarius in Zamahšarii al-Mufaššal¹⁾. Itaque quae de hoc genere verborum grammaticus eruditissimus profert in rem nostram convertere licuit. Eum potissimum secutus sum in commentatione mea, quippe qui accuratissime copiosissimeque de his vocabulis egerit, et fere nihil quod huc pertinet intactum reliquerit. Ibn Ja'îši commentarii partem quoque quae de nominibus verborum in universum agit dissertationi adieci.

Praeter has, quas nominavi commentationes aliis quibusdam fontibus ineditis uti licuit; scilicet Ardabilii in Zamahšarii Anmûdaġ commentario, qui exstat in bibliotheca Regia Berolinensi codd. Wetzst. II, 84 et 85; deinde Ibn Hišâmi commentario in Alfijam codd. Wetzst. II, 74. 75. 76. 101. Nec tamen proferunt quod in libris priore loco commemoratis desideretur.

1) cf. de hoc codice Prym comment. de enuntiat. relat. semit. pp. XI sqq.

CAPUT I.

Quo de nominibus verborum in universum agitur.

Constat fere in nullam litterarum partem Arabes maiore studio incubuisse neque in ulla alia ostendisse plus sagacitatis et subtilitatis, quam in arte grammatica. Ad hoc studium ut ad alia quibus operam dederunt, primum et primum impulsus dedit Korânus liber ille summopere veneratus. Qui cum divinae originis haberetur eiusque in textu Dei ipsius verba tradi crederent, cavendum erat ne in textu verbum periret neve quicquam falso recitaretur. Omnis igitur grammaticae normam Korânium statuerunt, eiusque ad exemplum ut totam linguam, quatenus quidem litteris mandata erat, conformarent operam impenderunt. Itaque factum est ut ex eorum studiis observationum grammaticarum earumque sagacissimarum nobis copia plenissima suppetat. — Consentaneum est grammaticam Arabicam confici non posse neglectis quae ipsi docuerunt Arabes. Nihilominus cavendum est ne quis grammaticorum Arabicorum sola auctoritate sibi nitilicere existimaverit. Nam quamquam sagacissimi sunt in rebus minutissimis indagandis fere eandem tamen sagacitatem et mentis acumen desideramus, ubi generaliore opus est expositione, quarum uberius varietas uno conspectu comprehendatur et ex confuso acervo singula in suos quaeque ordines redigantur. Hoc vitio laborant etiam in tractanda materia, quam nos perquirendam suscepimus. — Decepti diversissimorum verborum simili quodam usu parum intellexerunt veram eorum naturam, res maxime inter se discrepantes in unum ordinem redegerunt ex iisque novam sibi speciem finxerunt vocabulorum, quae mirabile dictu et nominis et verbi naturam uno corpore comprehendere voluerunt. Haec sunt quae nomina verborum **أسماء الافعال** appellaverunt nomine ipso eorum naturam significaturi. Minime

miraberis quod huius generis verborum in cognatis linguis Hebraica Aramaica Aethiopica nulla fit mentio. Scilicet fictio tantum grammaticorum Arabicorum est. — Quis sit primus inventor, ut ita dicam, nominum verborum eruere non potui, constat vero Sibawaihio, qui anno fere 180 aerae Muh. (p. Chr. 796) mortem obiit, ea nota fuisse; hoc enim verbis Abû 'Alî al-Fârisîi (fol. 10 a) evincitur. —

Ac quaestionem quidem hac ratione instituum ut quae Arabes docuerunt proferam primo loco, deinde adiungam quae ego habeam contra eos dicenda.

§. 1.

De nominum verborum definitione et flexione.

Apparet iam ex nomine ipso illa **أَسْمَاءُ الْأَنْعَالِ** esse nomina simul praedita verborum natura id est cum sensu et vi verborum posita. A nominibus actionis et a nominibus agentium autem, quibus iisdem verbi vis inesse potest, differunt eo quod neque ex nomine neque ex praepositione pendere possunt. Quasi nomina propria ex grammaticorum sententia sunt, singulis verbis indita, quae non solum eorum habeant significationem sed etiam eorum usum et rectionem. Ut exemplo Ibn Ja'îšî utar: **فَرَسٌ** vox est qua animal illud quadrupes appellatur; item **هَيْهَاتَ** quasi nomen proprium est verbi **بَعَدَ** *remotus fuit*; pariter **صَّ** nominis proprii loco habetur pro **أَسْكُتَ** *tace*, **سَرَعَانَ** pro **سَرَعَ** *celer fuit*, **أَوْهٌ** pro **أَتَوَجَّعُ** *dolorem percipio* etc. — Re vera autem nomina esse haec vocabula, de quibus agitur, non verba pluribus argumentis pervincere student grammatici. In sola hac argumentatione fere tota versatur Abû 'Alîi disputatio, pluribus etiam de his argumentis disserit Ibn Ja'îš in commentario suo cum in al-Mufaṣṣal libro nihil huiusmodi reperias. — Sed priusquam quid de hac definitione illorum iudicandum sit vocabulorum inquiramus, de eorum proprietatibus in universum agendum erit, sive pertinent ad eorum usum sive ad formam.

Ac primo loco quaeret fortasse aliquis quid sit cur omnino, si singularia illa nomina plane aequant significatione verba quibus substitui solent, verba ipsa non sint posita. Respondent

grammatici, brevitatem eorum in causa esse, qua efficeretur, ut orationis vis augetur; velut *صَمَّ* *tace* brevius ideoque gravius et fortius esse putant quam imperativum *اسكت*, cuius illud fungitur vice; fortius *هَلَمَّ* *adesdum* quam verbum *اَيْت* vel *تَعَالَ* eadem significatione praedita; fortius *هَيْهَاتَ* *remotus est* quam *بَعْدَ* etc. Ac recte illi quidem si modo hoc ita est, si revera verbotatem sermonis angustioribus astringunt vinculis.

Breviora autem sunt verbis, tum quia desideratur in iis illud verborum proprium quod Arabes *حُدُوث* appellant¹⁾, tum quia abest temporis notio, tum quia una eademque eorum in vario usu forma caret affixis generis numeri personae, quibus inconstans quodammodo efficitur verborum forma et quae desideret, ut percipiatur, aliquantulum plus temporis et cogitationis, quippe quae pluribus composita sit partibus quam illa nomina verborum. Notandum vero Arabum grammaticos, ut tibi probent illam brevitatem, non afferre nisi quod ultimo loco commemoravimus argumentum. Dicitur *صَمَّ* يا *زَيْدُ* *صَمَّ* يا *هِنْدُ*, *صَمَّ* يا *زَيْدَان*; *اسكتي*, *اسكت* يا *هِنْدَات*, *صَمَّ* يا *زَيْدُون*; *هندان*; *قَرَّبِيه*, *قَرَّبِيه* = *هَلَمَّ* *زَيْدًا*; *اسكتنن*, *اسكتنوا*; *اسكتنا*; *قَرَّبِيه*; *قَرَّبِيه*; *قَرَّبِيه*; itemque reliqua.

Nihilominus in nonnullis certe nominibus verborum diversa pro vario genere et numero inveniuntur affixa, separataeque existunt formae, quo fit ut simillima sint verbis. Atque hoc loco recte grammatici contendunt, hanc formationem ex analogia verborum esse tractam. Ecce tibi huius formationis exemplum *هَلَمَّ* formam, quae Higâzensibus quidem sola in usu fuit, in Temimorum dialecto vero has generavit formas: sing. m. *هَلَمَّ* fem. *هَلَمِّي* du. *هَلَمَّا* pl. m. *هَلَمُّوا* f. *هَلَمِّن*; alterum exemplum *هَاء* يا *رَجُل* i. e. *حُدَّ* *cape*, *هَاء* يا *امْرَاة*; du. *هَأْوَمَّا* pl. m. *هَأْوَم* f. *هَأْوَن*. — Ceterum memoratu dignum ex eiusmodi formis colligi a gramma-

1) Wright gramm. II, 69 not.

ticis, reliquis etiam nominibus verborum in plures formas non declinatis inesse pronomina, attamen modo, ut ita dicam, virtualiter معني. Sed de his infra sententiam feremus.

§. 2.

De nominum verborum usu.

Nisi ex eis quae hucusque disputata sunt, at certe ex exemplis intellegere potuisti nominum verborum in numero esse quae artissime coniuncta sint cum imperativis. Nunc si sciveris non exiguam immo maximam partem eorum imperativorum esse loco non valde miraberis Arabes hac re perspecta eius causam quaesivisse eamque ex singulari aliqua eorum proprietate deducere studuisse. Hi igitur cum antea decrevissent nomina verborum praecipue brevitati et concisae cuidam formae sermonis inservire, quod eadem haec brevitatis imprimis locum habet in adhortationibus provocationibus vel ubi iubetur aliquid sibi finxerunt propter hanc eorum naturam ea imperativorum vices suscipere.

Atque hic habes primarium errorem grammaticorum, hic fontem ex quo tota illa fictio fluxit. Scilicet cum viderent omnia illa nomina verborum diversissimae originis usu tamen hoc imperativo quasi affinitatis quodam vinculo teneri, prae similitudine manifesta, qua iuncta erant, naturam eorum obscuriorem sed admodum alterius ab altero discrepantem neglexerunt. Hac igitur aequabilitate eorum nixi iis creaverunt a reliquis omnibus plane diversum ordinem verborum. — Neminem fugit voces صَة، اَلْبَيْكِ، imperativorum locum tenentes nominibusque verborum adnumeratas diversissimae esse naturae. Ad quatuor enim pertinent genera verborum; رُوَيْدٌ est nomen, هَاتِ verbum, اَلْبَيْكِ nihil aliud quam praepositio cum pronomine suffixo, denique صَة interiectionum ex numero est.

Atque haec sunt quatuor genera verborum, quibus in universum nomina verborum assignanda sunt. Maximam eorum partem nomina interiectionesque efficiunt, quibus valde exiguus modo accedit praepositionum et verborum numerus. — Sed de iis quae pro imperativo ponuntur haec hactenus. Restat ut mentio fiat eorum quae pro verbo finito ponuntur. Quae quidem multo

rariora sunt illis, ideoque a grammaticis ut contra regulam posita ex reliquis excipiuntur. Eiusmodi verborum exempla habes
 أُنْفِ = *diversi sunt*; شَتَّانَ = *افترقا*; بَعْدَ = *remotus est* هَيْهَاتَ
 = *angore animi pressus sum* etc.

§. 3.

De vera nominum verborum natura et indole.

Iam opus est ut de nominum verborum vera natura atque indole disquisitionem instituamus siquidem plane nobis grammaticorum Arabicorum de illis sententiam displicere saepius diximus. Significavimus autem iam supra quae sit sententia nostra. Quatuor enim genera verborum illa vocabula amplecti contendimus nomina verba praepositiones interiectiones.

Primo loco igitur de iis disputemus quae inter illa sunt nomina, ea a quibus nomen etiam **الأفعال** fluxisse videtur. Sunt autem: **أَمِين** = *إِسْتَجِبْ* *exaudi*, **دَع** = *بَلَّه* *omitte*, **سَرَعَانَ** = *رُوَيْدَ* et *تَيْدَ* = *أَرُوْدَ* vel *أَمِهْلَ* *lente age, moram concede*, **فِدَاءٌ لَكَ** = *شَتَّانَ* *diversi sunt*, **سَرَعٌ** = *فِدَاءٌ لَكَ* *celer fuit*, **وَشَكَ** = *وَشَكَانَ* *celer fuit*; ad quae accedunt **أَمَامَكَ**, **مَكَانَكَ**, **بَعْدَكَ** aliaeque eiusmodi locutiones, nec non quae **فَعَال** formam habent velut **إَنْزَلْ** = *نَزَالَ* *descende*, **تَرَاكَ** = *أَنْزَكَ* *omitte*, **دَرَاكَ** = *أَدْرَكَ* *assequere* etc.

Quae si accuratius contempleris non te fugiet omnia nominum prae se ferre formas neque ullum inter ea reperiri cuius forma quadret in verborum formationem. Quae cum ita sint quaestio exoritur qui fieri possit ut haec nomina habeant tamen verborum significationem. Nihil profecerunt ut videtur in huius rei explicatione grammatici Arabum ideoque ad novum illud genus verborum **الأفعال** decurrerunt.

A **فَعَال** autem forma initium faciamus. Dubitari nequit, quin haec forma quae a permultis derivatur verbis trium literarum sit infinitivus immutabilis, ut recte docuerunt vv. dd. Ewald

(gramm. crit. ling. Ar. p. 229) et Wrightius (gram. of the Ar. langu. vol. I, p. 60 not. c.), optime infinitivo Hebraico עָשִׂיבִּי cum forma tum usu respondens (cf. Gesenius hebr. Gr. §. 131, 4, b). Conferas quoque quae v. d. Fleischer de hac forma disserit in Beiträge zur arab. Sprachkunde (Berichte über die Verhandlungen d. K. Sächs. Ges. d. Wissensch. zu Leipzig. 1864 pp. 281 sqq.). — Hebraicus enim aequè ac infinitivus Arabicus in hac sua forma immutabili omnibus imperativi formis substituitur. Nec non reliqua etiam nomina fere omnia infinitivos esse mihi quidem persuasum est. Nonne enim vides non solum dici زَوَيْدًا et زَوَيْدَ بَلَّةَ verum etiam زَوَيْدَ زَيْدٍ et بَلَّةَ زَيْدٍ? Atque in hac certe constructione sine dubio infinitivi habendi sunt, id quod Arabes ipsi concedunt. Tune igitur contendes eadem illa vocabula hic esse infinitivos illic non esse? Minime credo; cum accusativus ille quidem apud te iure offensionem habet nullam. Notissima enim est infinitivorum constructio qua obiectum vel accusativi forma vel praepositionis ope iis subiungitur. Multo maiore iure autem mihi obicies haec verba cum genetivo coniuncta accusativi locum tenere illa vero accusativi quidem vocalem prae se ferre nunationem autem carere, qua cur careant, causam adesse nullam. At ego equidem non dubito quin Fatha illa accusativi sit signum, nam praeter زَوَيْدًا inveniatur quoque زَوَيْدًا زَيْدًا cum nunatione. Ac tu si modo sciveris unde accusativus pendeat facile intelleges quomodo illa vocabula nunationem amittere potuerint. Nam in زَوَيْدَ زَيْدٍ, بَلَّةَ زَيْدٍ accusativus primitus ex verbis pendet a quibus derivati sunt infinitivi illi aut ex verbis quae eandem habent significationem atque infinitivi; probatur autem eo quod dicitur etiam أَرَوْنُ زَيْدًا زَوَيْدًا. Omisso verbo accusativi formam nihilo minus retinuerunt. Ita cum verbum regens non amplius existeret in sermone neque in aperto esset unde penderet accusativus facillime fieri potuit ut plane illis formis accusativos subesse obviscerentur et terminationem praetermitterent. Quoniam autem formas illas in vocalem exire necesse esset Fatham tamen retinuerunt. Has formas ex antiquitate traditas acceperunt grammatici qui cum parum perspicerent earum naturam, eas indeclinabilia

esse affirmaverunt variasque vocalis illius explicationes excogitarunt, quarum infra mentionem faciam.

قَدَّكَ et قَطَّكَ vero, quorum posterior pars est pronomen كِ eiusdem originis ac قَدَّكَ et قَطَّكَ nomina esse videntur ita ut primitiva eorum significatio sit *dissectio tua* i. e. *portio tua*, ut vertit v. d. Kosegarten, velut significat دِرْهَمٌ قَدَّكَ *portio tua est dirhamus* i. e. *satis tibi est dirhamus*. Vides hoc quam prope absit a significatione *satis tibi sit ea quae his vocabulis ut nominibus verborum tribuitur*. Restat ut commemorem فِدَاءُ لَكَ, quo Arabes nonnullos uti asserit Gauharius, et semper cum nominatione enunciari contendit Ibn Ja'îš; quod quomodo sit explicandum me nescire confiteor. Arabes indeclinabile id esse docent. — De أَمِينٍ autem quid sentiamus in capite secundo invenies.

In nominum verborum numero non exstat nisi unum verbum هَاتِ da quod iam Arabes docent ex آتِ, Hamza in Hâ mutata, ortum esse. Tertiae autem formae hoc vocabulum attribuunt quippe quod imperativi قَاتِلِ formam sequi velint; firmamento utuntur imperfecto يُهَاتِي pro يُوَاتِي in versu:

لِلَّهِ مَا يُعْطَى وَمَا يُهَاتِي

Legitur quoque n. v. مَا أُهَاتِيكَ et مَهَاتَاةٌ.

Quartae autem formae attribuendum esse هَاتِ censemus quia ex nostra quidem sententia, non nisi haec forma significationem aptam praebet. Fortasse هَاتِ specimen solitarium veteris illius formationis est quae هَاءِ in quarta coniugatione pro هَمْرَةٌ ponit, ita ut optime respondeat formae Hebraicae Hiph'il. Alterum exemplum huius formationis est هَرَاقِ pro أَرَاقِ (Zauzanî ad Imruulkaisi Mu'allaka v. 4.).

Hoc certe minime negandum يَهَاتِي ad tertiam formam pertinere; verum a هَاتِ modo male intellecto deductum esse videtur. — Hic quoque هَاءِ esset memorandum si modo cum Ara-

bibus ex هَات id esse ortum putaremus. Conferas de eo quae sequuntur in capite altero.

Iam ad praepositiones cum pronomine coniunctas transeamus, quarum in nominibus verborum modo exiguus est numerus. Sunt enim عليك, عندك, دُونَكَ, إِلَيْكَ quorum tria priora obiectum accusativo casu sibi subiungunt, velut عَلَيْكَ زَيْدًا etc.; significant *عَلَيْكَ زَيْدًا* i. e. *cape Zaidum*. Arabum autem opinionem accusativum illum ex praepositionibus illis pendere esse reprobendam quis est quin videat! Neque eo magis probamus quod placuit de Sacyo, qui sententiam explendam esse putat hoc modo: *تَأْخُذْ عَلَيْكَ أَنْ تَأْخُذْ زَيْدًا* *tu dois prendre Zeid* (Gr. Ar. ed. II. vol. I. pp. 483. 498. 546). — Recte Wrightius nobis videtur docere (gr. II, 35 not.), Accusativum pendere ex imperativo aliquo velut *خُذْ* vel *الرِّمَّ* praepositione ipsa comprehenso, interpretatus: *seize Zeid who is in front of you* (عليك), *beside* (عندك) or *close by you* (دُونَكَ).

Falsam esse de Sacyi sententiam apparet praeterea ex *عَلَيْ زَيْدًا* non *capiam Zaidum* ut definitio eius postularet, sed *capias Zaidum, qui est ante me* vertendum, id quod optime convenit cum Wrightii interpretatione. — إِلَيْكَ denique grammaticis idem est ac *تَنَحَّ* *recede*, pendet vero ex verbo quod quanquam saepe omittitur nonnumquam tamen re vera additur ut in versibus ab

Abû 'Alîo citatis (text. fol. 1 b): *فَقُلْتُ لَهَا، فَيَبِيَّ إِلَيْكَ الْبَيْتِ: اذْهَبِ إِلَيْكَ الْبَيْتِ* et

Superest ut de interiectionibus, quae nominum verborum in numero sunt, disseramus. Tres autem in ordines, ordines qui iidem sunt per omnes linguas (cf. Heyse, *System der Sprachwissenschaft* herausgeg. von Steinthal pp. 71 sqq.), distribuendae sunt. Primus continet eas quae ipsorum affectuum quasi imagines sunt, commotionibus animi ad dolorem vel ad gaudium ortae. Eiusmodi soni spontanei varias animi affectiones concomitantes sunt: *وَاهَا; وَيَهَا; إِيَّهَا; أَتَوَجَّعُ = آه, أَتَصَجَّرُ = أَتُ*. Quarum naturam si aliquantulum accuratius consideraveris, non miraberis

casu adseiscunt sunt: **تَرَكَ زَيْدًا** = **أَتْرَكَهُ** omitte *Zaidum* item-
 que **تَرَكَهَا** in quo **ها** grammaticis est accusativi suffixum ita ut
 si permissum esset obiectum anteponi diceres **إِيَّاهَا تَرَكَ**;
حَبَّيْهَدَ; **إِيَّاهَا تَرَكَ**;
أَيْنُوا التَّرِيدَ = **التَّرِيدَ** *ad cibum accedite*; — eorum autem quae
 ope praepositionis sibi subiungunt obiectum appono **أَوْهَ مِنْ كَذَا** =
أَتَوَجَّعُ *dolorem percipio ex hac re*. — Intransitivorum exempla
 accipe haec: **زَيْدٌ** = **بَعْدَ** *remotus est Zaid*; **صَمٌّ** =
اسْكُتْ *tace*; **مَمٌّ** = **اِكْتَفِ** *satis habe, abstine*. — Extant tamen quae
 neutri horum ordinum adnumeranda sint, ea quae modo sunt
 transitiva modo intransitiva prout ad varium usum apta aut
 transitivorum aut intransitivorum verborum locum occupent velut
هَلَمْ إِلَى = **هَلَمْ زَيْدًا** *accede*; **هَلَمْ قَرَّبَهُ** = **هَلَمْ زَيْدًا** *affer Zaidum*;
هَلَمْ كَذَا *veni ad rem*. — Hanc distributionem non in omnia nomina
 verborum quadrare quisque videt. Verba et nomina actionis qui-
 dem quae in eorum numero sunt, transitiva vel intransitiva esse
 possunt, praepositiones et interiectiones quomodo esse possint,
 non intellegitur. De nominum et praepositionum constructione
 supra disputatum est. Interiectiones autem quae ad primum
 quaeque ad tertium pertinent ordinem, quem diximus, quae est
 eorum natura neque subiectum neque obiectum sibi subiungunt.
 Quae autem ad secundum pertinent ordinem eas modo sequitur
 obiectum modo abest, quod tamen non ex ipsis illis interiectioni-
 bus pendet sed ex verbo quod intellegendum est.

§. 5.

De nominum verborum indeclinabilitate.

Duorum in lingua Arabica generum vocabulorum indeclina-
 bilitas est propria particularum et verborum. Particulae non nisi
 indeclinabiles reperiuntur, verba nonnunquam declinantur ut
 putant grammatici, quippe quae in Imperfecto indicativum i. e.
 nominativum et subiunctivum i. e. accusativum habeant. Nomen
 autem si indeclinabile invenitur particulas vel verba aequare ita-
 que indeclinabilitatem eius ex similitudine cum illis fluxisse con-

tendunt grammatici. Tres igitur constituunt eiusmodi similitudines: 1) si nomen illud particulae habet significationem eiusque fungitur vice; 2) si particularum proprietatum particeps est; 3) si verbi indeclinabilis loco ponitur. Ad hasce causas omnium nominum indeclinabilitas reducitur. De nominum verborum autem indeclinabilitatis causa non consentiunt grammatici.

Ibn Málík, qui non nisi similitudinem cum particulis causam indeclinabilitatis esse putat, nomina verborum indeclinabilia esse docet, quia similiter ac particulae verborum vices obeant neque unquam ex alio verbo pendeant. (Alfija ed. Dieterici pp. v sq.). — Ardabilí nonnulla tantum revera particularum locum tenere, reliqua haec sequi existimat. — Ibn Já'ís denique contendit nomina verborum esse indeclinabilia quia pars eorum eaque maior verbi indeclinabilis i. e. imperativi officio fungatur quorum ex reliquis etiam aliquot analogiam sequantur. Pauca, quae restant, primitus interiectiones esse ut *صَء*, *مَء* etc. itaque per se indeclinabilia. — Nos vero iam supra (pp. 8 sq.) commemoravimus ex nominibus verborum quae sint nomina fere omnia accusativo casu accipienda itaque declinabilia esse. Reliqua verba praepositiones interiectiones nobis sunt ideoque secundum grammaticos ipsa sua natura indeclinabilia. — Notum autem est illud praeceptum grammaticorum omnia indeclinabilia in consonam vocali destitutam exire, cum e contrario natura declinabilium in eo posita sit ut variae pro vario usu sese excipiant in fine vocales. Nec desunt in nominum verborum numero quae hoc praeceptum sequuntur velut *صَء* et *مَء*. Saepissime tamen vocabula indeclinabilia in consonantes, quibus inhaeret vocalis, exire scimus; nec praeteriit grammaticos hic opus esse excusatione; docent igitur vocalem assumi tres ob causas; quarum gravissima et sola huc quadrans est, ne duae in fine consonae quiescentes concurrant. Tum Kesram poni lex est, nec Fatha vel Damma ponuntur nisi euphoniae causa *للاستكسان*; id quod hic accuratius tractare longum est (cf. Muf. p. ٥ Alfija p. ٧).

§. 6.

De nunatione nominum verborum.

Nonnulla nomina verborum cum nunatione *تنوين* pronunciantur. Notum vero est grammaticos Arabicos quinque distin-

guere species nunationis (cf. Muf. p. ١٥٤ Alf. p. ٤), de quibus Ibn Ginnî in libro *سِرِّ الصَّنَاعَةِ* (v. Flügel grammat. Schul. p. 249, 2.) quem inspicere mihi licuit, in capite *نون* accuratissime copiosissime agit. Prima species est illa in declinatione nominum occurrens, secunda particularum propria itaque non nisi in vocabulis indeclinabilibus reperta adhibetur ubi indicatur vocabula esse indefinite posita, eoque differt a prima, quae non solum nominibus indefinitis ut *رَجُلٌ*, verum etiam definitis ut *رَيْدٌ* additur. Reliquae nunationis species ad hanc quaestionem nullius sunt momenti. Nomina verborum enim secundam nunationis speciem accipiunt, quia indeclinabilia sunt. Ac quae exeunt in consonam vocali praeditam, nunationem vocali adiungunt velut *أَيْبٍ, أَيِّبٍ*, quae vero in consonam quiescentem exeunt Kesram adsciscunt eique nunationem addunt velut *صَخَّ صَخِّ* etc. — Nec omnibus nominibus verborum nunatio addi potest. Sunt enim quae semper definita sint, ut dicunt grammatici, a quibus igitur plane aliena est nunatio velut *هَلَمَّ, سَرَعَانَ* etc. Sunt deinde, quae modo sint definita modo indefinita, quae igitur vel non habent nunationem vel habent velut *أَيْبٍ, أَيِّبٍ, صَخَّ, صَخِّ*. Sunt denique quae semper sint definita itaque non nisi cum nunatione pronuntiantur velut *أَيْبَهَا, وَيْبَهَا* etc. —

Haec est permultorum grammaticorum sententia de nominum verborum nunatione eiusque functione. Non vero intellego quomodo imperativus vel verbum finitum, quorum illa nomina verborum vice fungi dicuntur, possint esse definita vel indefinita. Verisimilius igitur mihi videtur esse quod Ibn as-Sikkî grammaticus celeberrimus de hac re profert, cuiusque sententiae Gauhari et Firûzâbâdî in lexicis mentionem faciunt. Docet autem ille haec vocabula nunationem accipere, quandocumque in oratione continua cum verbis sequentibus cohaereant, non accipere si sint posita in pausa. Quam sententiam mihi confirmare videntur locutiones velut *صَخَّ صَخِّ* et *مَخَّ مَخِّ*, ubi longe a veritate mihi aber-

rare videntur qui dicant, alterum *ص* vel *ص* esse indefinitum, alterum definitum.

Memineris autem nos iam supra (p. 8.) de nunatione nominum inter haec vocabula verba fecisse, neque hoc loco quaestionem esse nisi de interiectionibus.

§. 7.

De *ك* particula nominibus verborum annexa.

Eodem modo ac de nunatione grammatici de *ك* particula quae nonnullis nominibus verborum affigitur velut *هَيْك*, *عليك*, *رُويِدك* etc., inter se dissentiunt. Distinctionem autem faciunt inter *ك* pronomem secundae personae et *ك* particulam allocutionis *حرف الكضاب* (Muf. p. ١٤٥ Alf. p. ٣٩). Sunt qui *ك* affixum nominibus verborum pronomem, sunt qui particulam allocutionis habeant. Hoc *ك* in *رُويِدك*, *عليك* etc. particulam allocutionis habendam esse aequae ac in *ذلك*, *اولائك*, *ارابتك* etc., est sententia Sibawaihi; eumque sequitur Zamahšari II. nec non Ibn Ja'īš, qui contrariam sententiam refellere studet. Ex his autem qui hanc contrariam sententiam sequuntur, alii *ك* accipiunt nominativum alii genitivum alii accusativum. *ك*, qui in nominativo casu positum contendunt, nomen agentis *فاعل* sive subiectum intellegunt. Sed si revera *فاعل* esset numquam omitti potuisse contendit Ibn Ja'īš quia ita sententia subiecto careret. Nihilominus omitti aliquando velut in *رُويِد زيداً*, *رُويِد زيداً* etc. quo appareret in *رُويِد* et *تيد* inesse subiectum. Tum vero in *تيدك*, *رُويِدك* etc. duo contineri subiecta, id quod fieri nequiret. Ex eius igitur iudicio falsa est sententia eorum qui *ك* pronomem in nominativo casu positum esse docent. — Nec plus proficere videntur Ibn Ja'īšo qui *ك* genitivum esse putant. Hoc enim contra naturam ipsam nominum verborum pugnare, quippe quae nunquam genitivus sequi possit. — Quibus vero accusativus placet, *ك* obiectum habent. Ita vero in *رُويِدك* *رُويِداً* duo inesse obiecta *ك* et *زيداً* cum *رُويِد* unum tantum obiectum ferre possit.

Haec sunt quae Ibn Ja'is adversariorum sententiae obstare existimat. Qui tamen adversarii ex nostra quidem sententia propius accedunt ad veritatem quam qui **ك** particulam allocutionis esse existimant. Nam particula allocutionis quam dicunt grammatici nil aliud est nisi pronomen 2. pers., quemadmodum etiam flexio pronominis et particulae, quam volunt, una eademque est velut m. s. **كَ** f. s. **كِ** du. **كُما** m. pl. **كُم** f. pl. **كُنَّ** Hoc parum intellexerunt grammatici quia nonnullis in locis paene evanuit pronominalis huius vocabuli natura, ideoque difficilius dignoscitur. Velut in **ذَلِكَ** quod primitus quidem est *hic tibi* deinde merum pronomen demonstrativum existit. Non enim dubito quin compositum sit ex pronomine demonstrativo **ذَ** praepositione **لِ** pronomine **كَ**, de qua re tamen hic disputare longum est. — Qui vero fieri potuerit ut **ك** allocutioni tantum inservire videatur facile perspicitur.

Quod autem attinet ad casum **ك** pronominis nominibus verborum affixi, si minus de omnibus, adstipulor iis qui genetivum in eo agnoscunt. Scilicet ubi **ك** nominibus aut praepositionibus subiunctum est velut in **عَلَيْكَ**, **وَبِذَلِكَ** genetivi locum tenet. In interiectionibus vero genetivus nihili est sed hoc si constat tamen utrum nominativus an accusativus hic agnoscendus sit non diudicaverim.

Adnotandum praeterea quod Abû 'Alî **ك** particulam omnibus nominibus verborum ascribi posse contendit. Neque hoc mirum in grammatico qui illam allocutionis quandam propriam habet notam.

§. 8.

De argumentis quibus grammatici utuntur ut demonstrent nomina verborum esse nomina.

Restat ut, priusquam ad singula transeamus de argumentis grammaticorum, quibus demonstrasse sibi videntur nomina verborum vera esse nomina paululum disseramus. Atque primo loco proponamus argumentum de quo ipsi grammatici non consentiunt. Aliquot enim grammatici iique qui nunationem notam esse docent qua distinguatur finita et infinita natura vocabulorum, argumentum esse volunt quod nonnulla ex nominum verborum

numero nunationem assumere possunt, quam nominis propriam esse contendunt. At iam supra p. 14. vidimus nunationem nominum verborum non esse eandem atque illam quam nomina sibi assumant. Iure igitur Abû 'Alî al-Fârisî (text. fol. 5 b sq.) totum hoc argumentum reicit. Notandum vero est grammaticis argumento esse nunationem illam, quae non nisi in illis nominibus verborum apparet, quae interiectiones esse demonstravimus.

Alterum argumentum est quod nomen verbi nominis agentis sive subiecti vice fungitur. Nomina verborum autem aut nomina esse aut verba. Quae si verba essent pronomen aliquod comprehendere quocum sententiam in se perfectam efficerent. Sententiam autem pro nomine agentis esse non posse quia nomen agentis omittere liceat, sententia vero omitti non possit nisi sensu corrupto. Non enim omitti posse quidquam nisi quod sit notum et manifestum (معروف). Sententiae autem esse proprietatem novi quid afferendi et sensum amplificandi (استفادة).

Haec sunt argumenta quae impediunt ex grammaticorum sententia ne verbum nomen agentis sit, nomen verbi quod ipsum nomen agentis esse potest verbum sit. Unde sequitur nominibus verborum nominalem modo relinqui naturam. — His argumentis probari quod volunt grammatici nemini credo persuadebunt. Non enim negabis verba subiecti locum tenere posse nec concedes subiecti esse proprietatem omitti vel occultari posse (اضمار). Animadvertas quoque apud grammaticos hoc loco nonnisi verba et nomina in quaestionem vocari, nullam particularum eos habere rationem.

Cum igitur hic quoque nihil profecerint grammatici reliqua persequemur argumenta. Modo allata ad nomina verborum in universum spectant, quae nunc sequuntur in singulis quibusdam versantur, ex quibus de reliquis coniecturam faciunt. Quam iure facere liceret si modo nomina verborum uniformem nec diversae originis vocabulorum classem efficerent, ideoque ad unam omnia eandemque normam referre liceret. Quod siquidem non licet iam ab initio suspiciosa erit quae instat grammaticorum argumentatio.

Primum eiusmodi argumentum desumptum est ab iis quae forma *فَعَالٍ* utuntur velut *نَزَالٍ نَرَاكِ نَرَاكِ* etc. — Extant praeter haec nomina verborum nomina propria feminina eiusdem formae (Muf. p. ٩٤ l. 8.) velut *حَدَامٍ قَطَامٍ* etc. Haec nomina

propria a nominibus verborum eiusdem formae derivata vel translata esse (نقل) docent grammatici. Quodsi nomina illa verborum essent verba haec nomina propria declinationi imperfectae addicta i. e. diptota esse deberent, aequae ac كَعَسَبَ, كَعَسَبٌ; يَزِيدَ, يَزِيدُ etc. Sunt autem non diptota sed indeclinabilia ideoque nomina verborum a quibus sunt derivata necessario sunt nomina quia nomina propria a nominibus indeclinabilibus derivata indeclinabilia ipsa sunt. — Sane illa sunt nomina scilicet nomina actionis ut iam supra diximus. Hoc autem grammaticorum de quo actum est argumentum non id est quo hoc satis demonstratur. Nam ne consensus quidem est inter Arabes de indeclinabilitate neque horum nominum verborum neque nominum illorum propriorum. Atque si demonstrassent etiam nomina verborum formae فَعَالٍ esse nomina, nihil tamen ex his sequeretur de reliquis.

Iam vero ad gravissimum aggredimur grammaticorum argumentum quoque solo nititur Abû 'Alî al-Fârisî in commentatione adiecta. — Supra commemoravimus maximam nominum verborum partem una eademque forma diversi generis et numeri locos tenere, nonnulla eorum tamen pro vario genere et numero distinctas formas assumere. Notum est pronomina quae verborum flexionum efficiunt ab illis differre quae nominibus affiguntur; itaque ex pronomibus affixis coniecturam facere licebit de eorum vocabulorum quibus affixa sunt natura scilicet sintne nomina an verba. Quare si nomina verborum pronomina suffixa nominibus propria ostendunt nomina ea esse in aperto est. Qua re bene perspecta grammatici unico exemplo utentes هَا contendunt nomina verborum esse nomina. Usitatissimae enim formae huius vocabuli sunt s. m. هَاءُ f. هَاءٌ du. هَاؤُمَا pl. m. هَاؤُمُ f. هَاؤُنَّ. Sed animadvertendum est praeter formas laudatas exstare etiam in quibus suffixa verbalia subiuncta vides vocabulo هَا sc. m. s. هَا f. هَاءٌ du. هَاءٌ pl. m. هَاؤُوا f. هَائِيْنِ quae tamen rariores sunt illis. Has formas autem cum sensu certe aequare supra allatas nequeant negare grammatici, ne quid iis tribuas auctoritatis a plane diversa radice eas deductas esse affirmant. De qua re quid iudicandum sit infra exponemus. — Pronomina autem suffixa هَا vocabuli inveniuntur certe et in verbo et in nomine. In verbo

vero quae occurrunt solius perfecti formis subiunguntur velut in *قَتُّنَ, قَتُّمًا, قَتُّمْتُمْ* ideoque suffixa *ها* vocabuli pro imperativo positi grammaticis necessario nominalia sunt. Nam in imperativo certe tale pronomen non invenitur.

In hunc modum disserit Abû 'Alî al-Fârisî et Ibn Ja'îš; diversam autem Zamahšarî in Mufasssalo p. 92 de his formis sententiam sequitur. Docet enim formas *هاؤمًا, هاؤم, هاؤن* ex *هاكُمَا, هاكُم, هاكُنَّ* originem duxisse, ita ut Hamza in locum litterae *ك* cesserit. Quam opinionem Ibn Ja'îš falsam esse dicit provocans ad formas *هَاءَكُمَا, هَاءَكُم* etc. in quibus Hamza et Kâf sunt consociata. Has enim formas evincere Hamzam radicalem esse litteram. — Nihilominus Zamahšarîi sententiae patrociner.¹ Nam praeter illas perfecti formas et pronomina *كُمَا, كُمْ* etc. et *هُمَا, هُم* etc. haec formatio omnino non invenitur. Quumque *هُنَّ, هُما, هُم* hic nullum praebeant sensum nec perfecti formae huc auxilio vocari possint, verisimillima est Zamahšarîi sententia. — Quae cum ita sint hoc quoque argumento grammatici non probaverunt nomina verborum esse nomina, nec obstat quidquam nostrae sententiae *ها* esse interiectionem ex eaque nullo discrimine tam *هاؤمًا, هاؤم* etc. quam *هاؤوا, هاء* etc. prodire. Non enim mireris quod pronomina suffixa omnino interiectionibus affiguntur velut *هَلُمَّ ها* etc. Nam in reliquis quoque linguis huius formationis exempla exstant. Neque ita praeter expectationem accidit ut interiectio plane verbi cuiusdam sensu et vi praedita verbi quoque sequatur flexionem. Velut in lingua Hebraica interiectio *הַ* cum forma tum significatione optime respondens Arabico *صَ*, quum tritus iam sit eius usus imperativi loco pluralis signum sibi assumpsit. Legitur Nehem. 8, 11. *הַ* *tacete* (cf. Ewald gr. hebr. § 101 d. ed. 7.); falsi enim sunt qui imperativum Pî'el verbi *הַ* intellegunt. — Neque in Aethiopica lingua desideramus exemplum. Particula enim *ኧ*: ex *ኧ*: et *ኧ*: composita, quae significat „*adesdum, δεῖρο, εἶρο*“ quoniam sae-

1 cf. Wright I, 368 not. c.

pissime eius officio fungitur ut imperativus etiam flectitur *s. m.*
 ھَا: *f.* ھَا: *pl. m.* ھَا: *f.* ھَا: (Dillmann aeth. gr. § 160).

Hoc modo ھَا، ھَا، ھَا etc. orta esse puto; ideoque ھَا، ھَا etc. et
 ھَا etc. ad unam revocanda sunt radicem ھَا، cf. Cap. II.

Quod autem ex ھَا non probasse nobis videntur grammatici
 ex ھَلَمَّ probare conantur. At supra iam commemoravimus ھَلَمَّ
 apud Higazenses non nisi unica hac forma occurrere, Benu Temîm
 autem diversis uti formis scilicet *s. m.* ھَلَمَّ *f. dual.* ھَلَيْي ھَلَيْي
pl. m. ھَلَيْي *f.* ھَلَيْي. — Miraberis quid sibi velint gramma-
 tici illis formis quae optime cum verbo congruunt itaque minime
 aptae videntur quibus probetur ھَلَمَّ esse nomen. Recte tu qui-
 dem. Grammatici vero neglectis reliquis formis omnibus non
 nisi ھَلَمَّ *s. m.* formam in quaestionem vocant. Mémineris autem
 eos decere ھَلَمَّ esse compositum ex ھَا particula et ھَلَمَّ verbo.¹
 In imperativo vero a verbis mediae geminatae formando Benu
 Temîm tres sequuntur rationes, ut docet Ibn Ja'îš. Alii concen-
 tum quandam et similitudinem vocalium (الاتباع) observantes lo-
 quuntur عَصَّ فِرَّ رُؤْ; alii consonae duplicatae in unoquoque verbo
 Kesram vocalem addunt velut عَصَّ فِرَّ رُؤْ; alii denique non nisi
 Fatha utuntur in illo loco velut عَصَّ فِرَّ رُؤْ. Ex hac re ar-
 gumentum petentes grammatici postulant ut si ھَلَمَّ verbum esse
 velis formae ھَلَمَّ، ھَلَمَّ، ھَلَمَّ apud Benu Temîm in usu esse
 probes. Cum non nisi ھَلَمَّ forma sit tradita hoc vocabulum iis
 verbum non esse, nomen igitur esse debere. Sed e contrario si
 revera ھَلَمَّ compositum esset ex ھَا et ھَلَمَّ ex eius flexione potius
 colligere debuissent id esse verbum quippe quod verbi suffixa
 sibi assumserit. Recte autem vv. dd. Ewald (gr. ar. I, p. 364)
 et Wright (gramm. I, § 368 not. c.) ھَلَمَّ particulam esse
 docuerunt. — Hoc igitur ultimum quoque argumentum gram-
 maticorum nullum est.

1) cf. de Sacy gr. ar. I. p. 546.

Atque de grammaticorum argumentis, quibus evincere student nomina verborum esse nomina, hactenus, quibus si modo revera tanti sunt, quanti ea esse existimavimus non refellitur immo confirmatur ex parte nostra quam proposuimus sententia de multiplici horum vocabulorum natura et origine.

Ceterum persuasum habeo me ex iis quae grammatici tradunt de hoc genere verborum nihil omisisse quod quidem alicuius momenti sit.

Restat ut de singulorum indole usu formaque disseram.

CAPUT II.

Quo de singulis nominibus verborum agitur.

Grammatici Arabum multifariam nomina verborum in partes dividerunt; alii transitiva et intransitiva distinguunt; alii ea quae pro imperativo quaeque pro imperfecto ponuntur; alii quae nunationem promiscue assumunt aut omittunt, quae semper cum ea in usu sunt, quaeque numquam nunationem accipiunt. Peculiari autem modo Ardabilî nomina verborum distribuit in decem ordines quos ex textu cognoscas licet quem adieci. — Iam scis nobis ex hisce partitionibus nullam sequi visum esse, qui potius nomina verborum in quatuor distribuimus ordines nomina verba praepositiones interiectiones; itaque primo loco agemus de nominibus.

§. 1.

De nominibus.

1) آمين

primitiva est forma huius vocabuli, ex qua altera آمين elif productionis inserto (للاشباع) orta est, nam forma فاعيل in lingua Arabica non invenitur. — Imperativo اسْتَجِبْ exaudi par aestimatur. Sine dubio autem Arabes hoc vocabulum a Iudaeis receperunt; ideoque آمين et usu et significatione optime congruit cum hebr. אָמֵן. — Utriusque formae, آمين et آمين, exemplum exstat in Baidhâwî com. in Kor. ed. Fleischer p. 10:

آمين فزاد الله ما بيننا بعدًا et ويرحم الله عبدًا قال آمين

2) بَلَّةٌ .

idem est ac دَعَّ، أَنْزَلَ omittit Lane; *let alone, say nothing of...*; construitur cum accusativo et genetivo et nominativo. Accusativus legitur in versu Ibn Harma poetae (text. I. fol. 10 b):

يَمشِي الْقَطُوفُ إِذَا غَنَا الْحَدَاةُ بِهِ مَشَى الْجَوَادِ فَبَلَّةُ الْجَلَّةِ النُّجَبَا
qui versus in Gauharî lexico quoque invenitur, ubi in codice bono genetivus فَبَلَّةُ الْجَلَّةِ legitur. — Praeter al-Farrâ grammatici contendunt بَلَّةٌ esse nomen verbi ubi cum accusativo construitur, infinitivum ubi cum genetivo. Nihilominus consentaneum est بَلَّةٌ unum idemque nos in manibus habere et ubi infinitivus et ubi nomen verbi est grammaticis. Conferas quae iam supra de بَلَّةٌ dixi p. 8. — Al-Farrâ grammaticus docet بَلَّةٌ cum genetivo coniunctum esse praepositionem. — Nominativus legitur in versu Ka'b ibn Mâlik saepissime citato:

تَدَّرُ الْجَمَاهِمَ ضَاحِيَا هَمَامُتْهَا بَلَّةُ الْأَكْفِ كَانَتْهَا لَمْ تُخْلَقِ

(vid. de Sazy gr. II, p. 395) in quo et accusativus et genetivus quoque legitur. Cum nominativo coniunctum بَلَّةٌ significationem فَبَلَّةٌ habere affirmant. — Nonnumquam بَلَّةٌ ex praepositione مِنْ pendet ut in traditionis quodam loco:

أَعَدَدْتُ لِعِبَادِي الصَّالِحِينَ مَا لَا عَيْنٌ رَأَتْ وَلَا أُذُنٌ سَمِعَتْ
وَلَا خَطَرَ عَلَى قَلْبِ بَشَرٍ مِنْ بَلَّةٍ مَا أَطْلَعْتُهُمْ عَلَيْهِ
et in dicto Arabum ab Abû Zaido tradito:

فَلَانِ لَا يُطَبَّقُ أَنْ يَجْمَلَ الْفَهْرَ فَمِنْ بَلَّةٍ أَنْ يَأْتِيَ بِالْحِكْمَةِ
id quod interpretantur فكيف يطبق .

Particulae exceptionis denique vices obit بَلَّةٌ et omni ex parte respondet غَيْرَ. Velut in Našwâni († 573 H.) lexico inscripto: (cod. كتاب شمس العلوم ودواء كلام العرب من العلوم

Berol. Wetzst. I, 149) sub **بَلَّ** legitur: **يَقَالُ رَأَيْتُ الْقَوْمَ بَلَّ**; **كِتَابُ الْمَلَلِ وَالنَّكْلِ** Šahrastânî **وَكُونُ صَاحِبِ الشَّرِيعَةِ صَادِقًا بَلَّ مَا حَرْفُوهُ** ed. Cureton p. ١٦٥ l. 4: **وغيره** Non ita tamen discrepant secum omnes quas enumeravi **بَلَّ** vocabuli significationes ut non unius eiusdemque vocabuli corpus eas amplecti possit.

Derivatum est **بَلَّ** a verbo **بَلَّ** *socors fuit*, proxime cohaerens cum **بَهَلَّ** *vinculo in ubere liberavit camelam, libertati reliquit aliquem*, quod optime congruit cum significatione **بَلَّ** vocis. Immo legitur quoque **بَهَلَّ** pro **بَلَّ** Mufaṣṣ. ٢٣, 5., text. I. fol. 10 a.

3) تَيْدَ

idem significat ac **رُوَيْدَ** (Nr. 4); **تَيْدَ زَيْدًا = رُوَيْدَ زَيْدًا** **أَمَّهَلَهُ** *leniter cum eo agas*. Grammatici hoc vocabulum a **تَوَدَّ** *lenitas incessus* derivant, quod cum ad verbum **وَأَن** pertineat, **وَأَو** pro **تَاء** positum esse contendunt velut in **تَيَقُّورٌ = وَيَقُورٌ** etc. — Hamza in **ي** literae locum successit ut facilius fieret pronuntiatio. Significat autem **وَأَن** I. *vivam sepelivit puellam*, V. *placide progressus fuit in incessu vel alia re*, VIII. *gravis fuit, cunctatus est in incessu*. Ex hac forma octava **تَيْدَ** originem duxit (v. Fleischer, Beitr. 1863 p. 146.)

4) رُوَيْدَ

significationem **أَرُوْدٌ**, **أَمَّهَلَهُ** *leniter agas, moram concedas* habet. Est autem deminutiva forma infinitivi **أَرُوْدٌ**, ut volunt grammatici excepto al-Farrâ. Hic **رُوَيْدَ** deminutivam formam vocabuli **رُوْدٌ** esse

على رويدٍ et فلان المشى على رويدِ اى على مَهْلٍ putat, quia dicitur

cuius opinionem illi eo refellunt quod رويدٌ pro verbo poni non liceat; non enim esse nomen actionis sed merum nomen. — Cum رويدٌ nomen actionis sit (cf. p. 8.) non modo genetivus sed

etiam accusativus ei subiungitur ut رويدِ زيدٍ et رويدِ زيداً.

Grammaticis solum in رويدِ زيداً nomen verbi est. — Legitur

quoque cum nunatione ut in رويداً زيداً et رويداً ساروا ساروا سياراً رويداً et رويداً زيداً ubi est مصدر وُصِفَ به ut volunt grammatici; denique in usu

est locutio velut رويداً ساروا رويداً ubi est حال pro مرودين. — Sae-

pissime cum pronomine secundae personae كِ coniungitur (cf. p. 15.) quo efficiuntur formae s. m. رويدكِ; fem. رويدكِ du.

رويدكِ زيداً etc. رويدكِنِ f. رويدكِمِ pl. m. رويدكِمَا

His formis suffixa verbalia quoque subiunguntur رويدكِنِي

رويدكِمُونِي, etc. cf. de Sacy gr. II. pp. 378 sqq. — Nonnumquam

post رويدٌ inseritur ما quod non superfluum (زايد) est ut putant grammatici sed indefinitam quodammodo efficit sententiam. —

Quatuor رويدٌ vocabuli usus vel genera quae grammatici distinguunt in Mufaṣṣ. pp. 91 sq. tractantur.

5) سَرَعَانٌ

vel سَرَعَانَ vel سُرَعَانَ quod proprie est *celeritatem!* significat

سَرَعَانَ *celer fuit.* سُرَعَانَ accusativum nominis actionis esse p. 8. demonstrare conati sumus. Arabes semper in exclamationibus eo uti videntur. Exempla habes Freit. Prov.:

سرعان ذا خروجاً: ^{Gesch.} ib.: ما أسرع هذه الأهالة. i. e. سرعان ذا أهالة

(Abn Ya'qub)

Bibliothek der
Deutschen
Morgenländischen
Gesellschaft

6) شَتَّانَ

proprie significat *diversitatem!* i. e. *diversi sunt* تباينا , تباعدا ,
تفارقا . Derivatum est a شَتَّ impf. i. *separavit, separatus fuit*. At-
que ego quidem existimo ubicunque hoc vocabulum occurrit statuen-
dam esse exclamationem aliquam. Accusativum autem esse p. 8.
contendimus. Dicunt شَتَّانَ مَا زَيْدٌ وَعَمْرُوٌ et شَتَّانَ زَيْدٌ وَعَمْرُوٌ
et شَتَّانَ مَا بَيْنَ زَيْدٍ وَعَمْرُوٌ *quam diversi sunt Zaid et Amr!* —
Occurrit quoque شَتَّانَ quod plane dualis alicuius formae similis
est. Fluxisse videtur ex forma شَتَّانَ male intellecta.

7) وَشَكَانَ

aequat سَرَعَانَ (Nr. 5) et usu et significatione et forma. Deriva-
tum est a وَشَكَ *celer fuit*. Legitur ذَا خُرُوجًا وَشَكَانَ i. e. وَشَكَ
ذَا خُرُوجًا (Gauh.). — vid. text. I. fol. 8a:

لَوْشَكَانَ مَا غَنَيْتُمْ وَشَمَيْتُمْ بَاخْوَانَكُمْ وَالْعِزُّ لَمْ يَتَجَمَّعْ

Nec dubito quin وَشَكَانَ sit accusativus nominis substantivi وَشَكَانٌ
celeritas.

Exstat quoque forma أَشَكَانَ.

8) فِدَاءٌ

quoque in nominum verborum numero enumeratur. Exstat in
locutione فِدَاءٌ لَكَ فُلَانٌ = لِيَفِدَكَ , *pro te devotus sit aliquis*
cf. versum Nābigae (de Sacy chr. II, 148 (460) Muf. 95 l. 3 inf.):

مَهْلًا فِدَاءٌ لَكَ الْاِتْوَامَ كُلَّهُمْ

Zamahšarî non nisi formam فِدَاءٌ cum nunatione commemorat,

quam Ibn Ja'îš contendit unicam esse, quare apud de Sacyum quoque in versu laudato **فِدَاءٌ لَكَ** legendum est pro **لَكَ فِدَاءٌ**, ni fallor. Etiam codex Gothanus hoc loco praebet solum **فِدَاءٌ** et **فِدَاءٌ**. — Nesciebam (cf. p. 9) quomodo hoc vocabulum sit explicandum, nunc sententiam amplector quam v. d. Noeldeke litteris mecum communicavit, **فِدَاءٌ** debilitatam esse formam accusativi **فِدَاءًا**.

9) فَعَالٍ

forma permultis verbis suppetit; habes e. g. **فَرَّكَ**, **أَنْزَلَ** = **فَرَّكَ** = **أَنْزَلَ**, **مَنَعَ** = **أَمْنَعُ** etc. Iam supra p. 8. commemoravi immutabilem eam esse infinitivum pro imperativo positum aequè atque infinitivum hebr. **פָּעַל**. — Sibawaihi ab unoquoque verbo trium litterarum hanc formam derivari posse affirmat, cuius opinioni repugnat Ibn Ja'îš. Conferas quae v. d. Fleischer in *Berichte der sächs. Gesellsch. d. Wissensch.* 1864 pp. 281 sqq. ex commentario eius in *Mufaṣṣalum* adnotat, ubi de quadrilitteris quoque huius formae velut **عَرَّعَارٍ**, **قَرَّرَارٍ** quid sentiendum invenies. — Accuratissime de huius formae vario usu et significatione agitur in *Mufaṣṣ.* p. ٩٣ ll. 6 sqq. nec non in libro *Kāmil* ed. Wright. p. ٢٩٨ sqq.

10) قَطَّكَ et قَدَّكَ

in hac forma ubi cum **كَ** pronomine coniuncta sunt nominibus verborum adnumerantur; significant **اِكْتَفَى**, **اِدْتَمَعَ**, *sat habeas, abstine.* Derivantur a verbis **قَدَّ** et **قَطَّ** quae simillima inter se sunt significatione cf. *Harirî Mak.* ed. de Sacy p. 469 **فَالْقَدَّ قَطَعَ** **الشَّيْءَ طَوَّلًا** **وَالْقَطَّ قَطَعَ عَرْضًا** cf. p. 9. — Primitus autem ut in **قَدَّنِي** sensus affirmativus inest iis: *sat tibi est*, id quod facillime in optativum et imperativum sensum transire potuit, ita ut

تَطَّكَ دِرْهَمٌ vel قَدَّكَ دِرْهَمٌ sit: *satis tibi sit dirhemus* et تَطَّكَ, تَطَّكَ, تَطَّكَ sit: *satis tibi sit, abstine* اَكْتَفَ. —

De قَدَّ et قَطَّ variisque eorum formis cf. de Sacy gr. I, §. 1164; chrest. II, 443.

11) مَكَانَكَ etc.

De vocabulis مَكَانَكَ, بَعْدَكَ, فَرَطَكَ, أَمَامَكَ, وَرَاءَكَ etc. quae nominibus verborum adnumerantur cf. Wright II, §. 35, 2 b.

§. 2.

Unum tantum verbum in nominum verborum numero est هَاتِ. Dicitur هَاتِ الشَّيْءَ = اَعْطِنِيهِ, نَاوَلْنِيهِ. Imperativus est verbi اَتَى IV. pro آتِ cf. quae supra pp. 9 sq. de hoc vocabulo disseruimus. — Exempla extant in Kor. 2, 105. 21, 24. 27, 65. 28, 75: هَاتُوا رُبَّهَا نَكْمَ; in traditione: هَاتُوا رُبَّ عَشُورِ اَمْوَالِكُمْ; in Kitâb al-agânî ed. Koseg. I. p. 108 هَاتِ يَا غَلَامِ الْوَدِيعَةَ.

De هَاءِ cf. §. 4. Nr. 11.

§. 3.

De praepositionibus.

1) اليك

